



**R.P.Fr. Lvdovici Granatensis Ordinis S. Dominici SS.
Theologiæ Professoris Opera**

In tres tomos distributa

Opvscvla Spiritvalia Continens, in quibus peccatores à semita vitiorum &
perditionis, ad regiam virtutum, perfectionis, ac salutis æternæ viam,
perducuntur

Luis <de Granada>

Coloniae Agrippinae, 1626

Tractatvs De Scrvpvlis Conscientiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79597](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79597)



R. P. F.

LVDOVICI

GRANATENSIS.

ORDINIS S. DOMINICI,

TRACTATVS DE SCRVPVLIS

Conscientia.

INTERPRETE MATTHIA MARTINEZ,

CAPVT I.

QVID SIT SCRVPVLVS, ET QVAENAM
eius effecta.

§. I.

Scrupulus
quid.Differentia
inter dubium
& scrupulo-
sam conscien-
tiam.

SCRVPVLVS, vti omnes qui de eo scripserunt, asserunt, nihil est aliud, quàm lapillus, qui calceo inclusus, magnam molestiam incedentibus parit; vel, vt per translationem loquamur: Scrupulus est metus quidam, & suspicio, quæ animum sine legitima causa discruciat. Quando res aliqua dubia, ad DEI cultum spectans, sese animæ offert, & rationibus vtriusque satis probabilibus occurrentibus, in quam partem se inclinet, decernere nequit, Conscientia dubia nominatur: verum quando in vnam maximè partem propendit, infirmo & leui nixa solummodò fundamento, tum Conscientia scrupulosa & scrupulus dicitur. Dixi, si rationes & fundamenta debilia sint; si enim probabiles & verisimiles sunt, Opinio nuncupatur; si certæ & tamen obscuræ, est dicenda Fides; si verò certæ & manifestæ, Scientiam appellabimus. Vnde liquido apparet, vt aliquid scrupulus dicatur, animam in alterutram partem eorum quæ ei occurrunt propendere debere, quando nempe agitur de realiqua ad Dei seruitium spectante: rationesq; quibus illa permoueatur, debiles leuesque nulloque nixas fundamento esse oportere. Atque inde sequitur, quòd quamuis scrupuli aliqua ratione firmi & resoluti sint, non tamen omnino sint: at semper aliquam turbationem, & inquietudinem spiritus annexam habeant. Exempli gratia: Scrupulosus aliquis graui infirmitate oppressus, à medico iubetur die veneris carnes comedere: ille statim dubitare incipit, quod non adeò euident sit necessitas, an debeat comedere necne: si rationes quæ sese quoad hoc offerunt, eius iudicium anceps & suspensum relinquant, dubitatio est, & conscientia dubia, verum si quidem carnes comedere proponit, attamen semper intus metuit, idque propter rationes aliquas leues & friuolas, verus scrupulus est.

§. II.

EFFECTA scrupuli, sunt plurima. (vt inter ceteros in Enchiridio notauit Nauarrus) scilicet magna animi inconstantia in eo quod sese meti offert; ita vt scrupulosi sæpius iudicium suum mutant: animæ pusillanimitas, timor sine villo fundamento, iuxta quod Propheta Regius ait, *Illic trepidauerunt timore, ubi non erat timor.* Id est inquietudo quædam & turbatio spiritus, quoad Dei cultum eos inuasit, intellectum ignorantie tenebris obnolum habuerunt: quin etiam iniquitates suas aduxerunt. Scrupulosi enim faciendo ea, in quibus nullum est peccatum, peccant sæpenumerò propter ipsum scrupulum, à quo immunes forent, si scrupulo carent. Vnde fit vt multas angustias & afflictiones spiritus sustineant; eosque cum quibus agant inquietos reddant, imò ipsum Confessarium, nisi mitis & sapiens, in eoque genere optimè versatus sit.

CAPVT II.

ORIGO ET INITIVM
scrupulorum.

§. I.

AGAMUS modo de origine scrupulorum, & vnde initium sumant. Omitto hic dicere, quod ait Siluester de nonnullis, qui scrupulos ex præterita vita conquirunt, eo quòd non, vti par fuit, eam duxerint, & tamen minimè solliciti sunt de ea, quam modò flagitiosam & licentiosam agant, emendanda: ijenim vt aperte loquamur, non sunt scrupulosi, neque id quo discruciantur, scrupulus est; at remorsus quidam conscientie, qui licet pessima vita, semper à verme illo conscientie corroditur & dilaniatur. Deinde iidem ipsi vitam suam liberè possunt corrigere, cum Deus ad hoc faciendum eos moueat & excitet. Agimus autem hic de ijs, qui se diuino seruitio mancipantes, toto animo ei seruire desiderant, & semper in conscientia sua timent & solliciti sunt: & tamen scrupulis quibusdam anguntur,

tur, quibus eorum quies turbatur, & consolatio spiritus tollitur.

Originem radicemque huiusmodi scrupulorum inquiramus, ut ea inuenta salutaria medicamenta adhibeamus. Plures quidem origines scrupulorum sunt, ut multi Doctores tradunt, & præsertim Siluester, & Diuus Antoninus, verum eas ad duo capita reuocare possumus: ad causam scilicet externam, id est diabolum, pacis quietisque inimicum, qui omni ratione quietem animorum, maliciamque turbare desiderat; innumeris tentationibus eos diuturnans: qui cum sciat, quantas angustias animabus scrupuli pariant, ipsi illas adoriri studet. Deinde ad causam internam, quæ multiplex est: Interdum enim est ipsa naturæ complexio: quoniam sunt nonnulli ita naturæ suæ scrupulosi, ut nunquam sibi satisfacere, quidquid demum agant, at semper male facere videantur. Atque ad hanc naturæ complexionem reduci potest ipsa melancholia, licet illa naturalis sit, ut sunt plurimi natura melancholici, vel ab aliquo morbo initium sumens. Oriuntur quoque scrupuli ab imbecillitate cerebri, quod fieri putem per naturalem imbecillitatem, vel per nimis graues & rigidas austeritates. Nascentur quoque frequenter, cum iis aut agendo aut loquendo qui ipsi scrupulosi sunt. Denique, & ut plurimum quidem, mea sententia, ab ignorantia originem ducunt: sapientes namque & docti rarissime scrupulis anguntur, quique prudentes admodum & cautè viuunt. Verum ex his omnibus quæ iam diximus manifestum est, de quo scrupulo hic potissimum agatur, & de quo scrupulorum genere.

§. II.

HÆ causæ sæpenumero concurrunt, aut omnes quidem, aut aliquæ saltem harum, & certissimum est demonem ut plurimum scrupulos fouere, & ipsam se immiscere. Et quamuis ex iis quæ iam diximus facile colligere possumus, quando anima scrupulis, & quando sancta tantum formidine anxietur, tamen antequam de remedijs aduersus scrupulos agere incipiamus, regulam quandam statuamus, per quam aliquis sincerè DEO seruire ex toto corde desiderans, facile percipiet an id quod illum inquietet, verus sit scrupulus, aut pius aliquis timor, qui ex vehementi Deo seruendi desiderio nasci solet. neque enim negari potest, animas pias semper dubias esse & anxias, utrum in gratia Dei sint nec ne: & quemadmodum hinc Dei puritatem perfectam habent, eiusdemque infinitas perfectiones, & illinc propriam vilitatem humanitatemque, semper tamen sollicitæ & de suis bonis operibus metuentes, ne ei quod caritas esse videtur, aliqua vanitas immixta sit: ita quoque nec facile dici potest, an id quod illos diuexet, scrupulus sit, an potius timor, ut sanctissimis quibusque viris contingit. Atque hinc est quod Paulus dubitans ait, *Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus*, quasi diceret. Cum conscientiam meam excutio & curiosè inquirō, nullum quidem peccatum in ea reperiō, attamen non ipse mihi satisfacio, sed semper timeo & sollicitus sum. Videamus igitur, si per hanc regulam scrupulos à non scrupulis dignoscere poterimus. Inter differentias motus naturalis & violenti, hanc quoque Philosophi adferunt, quod motus naturalis, qui originem sumit à principio interno, admodum suauis sit, ac naturæ rei, quæ mouetur admodum conueniens, vel quod id quod motum est, motu iam quiescente, maneant tranquillum & constans, si fieri possit. At quemadmodum motus violentus ab externo aliquo principio procedit, ita quoque morosus est, & difficilis, & motu iam finito, rem motam

turbatam & inquietam relinquit: & quoniam per hunc motum, res mota à loco suo recessit, si modò dolere possit, ingenti dolore concuteretur.

Quam putamus esse afflictionem lapidis, quando à centro suo remotus, per aërem violentia quadam & vi iactatur? Ex hac Philosophorum doctrina, colligunt Doctores quando motus animæ alicuius à Deo procedunt, & eius metus sincerus est & non fictus, motus illos eam tranquillam & quietam deferere; at motus animæ scrupulosæ, quorum causa diabolus est, qui aliquas ex prius commemoratis causis adhibet, ut violenti sunt, ita quoque animam inquietam, turbatam & sine tranquillitate relinquere. Quemadmodum enim Deus vera pax est, ita etiam vbicumque habitat, eandem infert; at quemadmodum diabolus ea caret, sed potius auctor belli & discordiæ est, amicus turbarum & seditionum, ita quoque vel minima occasione qua in animam intrat, signum aliquod & notam suæ naturæ relinquit: vestigia eius sunt turbæ, tristitia, afflictiones, & desolationes. Cuius rei insigne exemplum in sacris litteris habemus, ubi describitur qua ratione Deus Helic apparere voluerit. Venit primum in turbine nubo, qui saxa cōinuebat quæ deinde ingens terræ motus secutus est, quo mōtes euerfi sunt, postea ignis qui omnia deuorauit: postremò verò grata quadam & suauis aura, quæ omnia quæta reddebat. Mirum est autem, Deum non venisse in turbine illo procelloso, nec in magno illo terræ motu, nec in igne illo deuorante, verum in leui illa & suauis aura Zephyri, ut sciamus ibi summam pacem & tranquillitatem affulgere, ubi Deus est. Quam benè hoc experiuntur serui illi Dei, qui non solum gustum & voluptatem in sublimibus contemplationibus reperiunt, verum etiam in his quæ iis obuia sunt? Quoties homini peccata sua euoluenti, propter eadem dolenti, sui ipsius pudenti, peccata sua lacrymis eluenti accidit, ut deinde consolationem & recreationem inueniat, serenitatemque cœlestem, pulsus nubibus quæ eam impediabant, experiatur? Hæc est Dei agendi ratio, ut veram pacem animæ relinquat, prout Propheta David ait: *Factus est in pace locus eius*. Vnde dicimus si quando anima post timorem quem habet, quæta & tranquilla perseverat, & tum magis ad Deum colendum excitatur, maiusque ei complacendi desiderium concipit, euidentissimè inde colligi, eam non scrupulis, sed sancto quodam timore agitari. Verum ubi motus illi animam tristem, & turbatam reddunt, nullumque pietatis rerumque cœlestium gustum instillant, signum est, motus hos meros scrupulos esse. Fateor quidem id propter Satanæ insidias & fallacias non facile perspicere posse, qui varias formas induere potest, etiam in Angelum lucis se transformare, ut Paulus ait, atque ideo nullam certi aut veri statui regulam posse, præter ea quæ cœlesti reuelatione demonstrata sunt, in quibus nulla ratione quis decipi potest: vnde ait Sapiens: *Beatus vir qui semper est pauidus*.

CAPVT III.

REMEDIA QUIBUS SCRUPULI ab anima pellantur.

§. I.

His dictis, loquamur modò de remedijs, quibus scrupuli ab anima effugari queant, quibusque ea quæti tranquillitatie restituatur. Primum porrò remedium aduersus scrupulos, ut Caietanus in Summa tradit, est frequens ad Deum per orationem recursus: quamuis autem remedium hoc aduersus omnia tentationum genera, quibus diuexamur prodesse queat: singulis tamen casibus

Yyy 4

necessitatibusque quibus premimur, ita conducit, ac si vnicum & solum singulis necessarium foret.

Necesse quidem videretur nonnihil hic de hocce remedio loqui, verum quoniam eius vberior tractatio passim occurrit, ad alia properans, abrumpo.

§ II.

II.

*Duplici de
causa patitur
Deus animam
sibi dilectam
scrupulis di-
sturbari.*

Alterum remedium est, doctum aliquem & egregie versatum, pium simul, Deique merentem Patrem spiritualem directoremque deligere: Cui se quis totum in disciplinam tradat, & cuius consilij semper acquiescat. Duabus namque de causis Deus animam sibi dilectam scrupulis disturbat, ut se coram Deo humiliet, nec sublimis de se sentiat, cum videat quam debilis sit, ut etiam sibi diffidat, cum scilicet considerata re tam vili & exigua, ut ipsi scrupuli sunt, pacem conscientiae suae turbare, & discipuli, quamvis animam bene dispositam, temperatamque de statu mentis deicere non possint. Discere hinc poterit Anima imbecillitatem suam, & quam ei caeleste auxilium, diuinaque gratia sint necessaria. & hac ratione anima in humilitate perseverat, adque Deum conuertitur.

*Quam neces-
sarium sit a-
nimam Deo in-
seruire cupi-
entem magister
spirituales.*

Act 9.

Altera vero, ut anima per scrupulos consideret, quam sit ei auxilium proximi necessarium, ut ab eo edoceatur, dirigatur, inque scrupulis ab eo adiuvetur; ut hinc eum diligere magnique facere incipiat. Ut autem prius hoc quis obtineat, conducit non parum, imò necessarium est, Patrem spiritualem sibi deligere, cui status animae committatur, cui tentationes aperiantur, cuius consilij homo acquiescat, cuique in omnibus sese salutemque suam credat. Ut autem intelligamus quam diuine sit voluntati consentaneum, ut anima quae Deo seruire ex animo desiderat, directorem aliquem spiritualem habeat, a quo dirigatur & gubernetur, atque is praesertim, qui scrupulis interius discruciat: reuocandum est in memoriam quid sancto Paulo, cum acceptis epistolis à principe Sacerdotum in Damascum profectus est, ut Christianos & si quos inuenisset huius viae viros ac mulieres, victos in Ierusalem perduceret, in via contigerit: Narrat S. Scriptura quomodo Iesus Christus ei in via apparuerit, ut ex equo ceciderit, lumine caelesti quod eum circumfulgebat perterritus, & voce Iesu Christi quae ad eum loquebatur, confertatus. Verum admirabilem hanc conuersionem silentio inuoluentes, quid inde secutum sit potius videamus, Paulum scilicet penitus decreuisse voluntatem Dei sequi, eiusque voluntati obedire voluisse dicendo, *Domine quid me vis facere?* cui dixit Dominus, ut Damascum intraret, atque ibi se reperturum aliquem, qui ea, quae facere oporteret, ei declararet: cum eodem tempore Dominus Anania inspirauit, ut Paulum quaereret, atque eum, quid quid faciendum esset, edoceret. Mirum sane est, Deum, tam insolita ratione Paulum in via conuertentem, ut ipse vitro de caelis in terram descenderit, cum ipse eum edocere & instruere potuisset (ut is qui omnia nouit) ad alium eum non destinando, ad Ananiam tamen iussisse ut accederet, ut nobis hac ratione demonstraret, quam nobis proximi auxilium necessarium sit. Atque ut sciamus, consentaneum planè esse, ut anima Patrem & Magistrum spiritualem habeat, cuius consilia in omnibus sequatur, videamus quid Doctor ille Ecclesiae & lumen Augustinus egerit: Misit ille ex Africa Discipulum suum Orosium ad D. Hieronymum Bethlehem agerem, ut ab eo in rebus, de quibus dubitaret edoceri posset, ei sese in doctrina scientiaque imparem sentiens, ut ipse in Epistola quadam ad eum, his verbis testatur: Quamvis dignitas Episcopalis in Ecclesia Dei maior sit dignitate presbyteri, ipse tamen virtute,

*August. in
epist.*

sapientiaque me tibi imparem confiteor. Atque ita videmus eundem Augustinum à Seuero D. Martini Turon. Episcopo discipulo de puncto quodam circa beatitudinem interrogatum, prius respondere noluisse, quam Hieronymum consulisset, ut ipse in Epistola ad Cyrillum Ierosolymitanum testatur, Aug. epist. ad Cyrillum Ierosolym. quae in IX. D. Hieronymi operum tomo circa finem reperitur. Nec modò ab huiusmodi qualis erat Hieronymus, aliquid discere volebat, ut eorum consilium in rebus dubijs sequeretur, verum etiam ab ijs qui ei doctrina cederent, ut in Epistola ad Auxentium testatur: Licet Episcopus sim senex, & annis gratius: tamen velim vel à puero, vel à minimo socio, etiam ab vnius anni nouitio edoceri. Hanc igitur tanti Doctoris rationem sequendo anima, si à Deo illuminari & doceri velit arbitrio & consilio pij alicuius hominis & docti sese committat, cui tentationes & scrupulos detegat, vulnera & vlcera aperiat, eumque consulat, quid vel faciendum, vel omittendum sit. Nec se vlla ratione tranquillam fore putet, nisi libera & exempta ab omni prauo affectu, remedium ab alio inquirat, iudicio sese Patris spiritualis, doctique alicuius viri submittens. Hoc porro non meum consilium est, sed Spiritus sancti, qui in Deuteronomio ita faciendum praecipit, ut scilicet in omnibus dubijs legis ad summum sacerdotem confugerent, velit ad vicarium Dei, omniaque quae ille fieri praecipisset, implerent, & ne latum quidem vnguem ab eorum voluntate discederent.

In huius rei confirmationem narrat D. Antoninus de religioso quodam ordinis D. Dominici, cui mortuus quidam eiusdem ordinis apparebat, quem ubi ille cognovit, petere cepit de scrupulis quibusdam, quibus angebatur, responditque alter, Consule discretos & acquiesce illis, consilium sanè conueniens, & à doctrina senioris Tobiae haud alienum, *Consilium à sapiente perquire.* Refert idem Antoninus de quodam D. Bernardi discipulo, adeò scrupulis anxio, ut Missae sacrificium offerre non auderet cui Diuus Bernardus ait. Vade & mea fide confisus, sacrificia, quod ubi fecit, omnis statim scrupulus euauit. Quamvis autem Cancellarius Parisiensis (Gerson scilicet) paucos hodierna die Bernardos reperiri dicat, ad quos in necessitatibus esset recurrendum, non ideo tamen Patres spirituales consulere negligamus, qui magis nobis quadrare videbuntur, ijs enim non ut hominibus sed ut vicarijs Iesu Christi obedimus: credentes firmiter quòd si ijs auscultemus eorumque consilia sequamur, nos Deo auscultare, eumque consulentem sequi: ut ipse Dominus in Evangelio ait; *Qui vos audit, me audit.* Dicit forsitan aliquis: non semper spiritualis hic director ad manum est, ut ei exemplò omnia dubia scrupulorum meos detegam: concedo id quidem, verum ubi quis in oratione versatur, reuocet in memoriam scrupulos, & secum statuat, quid ei faciendum sit, cum ieiunium euadent, cum neminem ad manum habeat, quo cum communice. Vt etiam poterit tertio remedio, quod hic subnectimus.

§ III.

Tertium remedium aduersus scrupulos, est sibi ipsi vim facere & violenter ijs resistere, firmiter credendo ijs, quae spiritualis director dicat, aut aliquando in simili euentu dixerit. Verbi gratia, si quis hunc habeat scrupulum, an praeterita peccata quae semel confessus est, iterum confiteri debeat, eò quòd non recordetur, si semel ea confessus fuerit: & communicat hunc scrupulum cum Patre spirituali, qui eius vitam praeteritam penitus perspectam habens eiusque agendi modum sciens, responder, id non esse

*III.
Remedium
contra
scrupulos.*

non esse necesse, qui quamvis adhuc dubitet anxius, non teneatur tamen ea confiteri, atque secum ad communionem accedere, dubitabit alius num propter infirmitatem suam licite vesci possit carnibus, ieiuniumque relinquere, perit à Patre suo spirituali quid ei faciendum consulat, responderit ille, ad ieiunium nulla eum ratione teneri propter presentem necessitatem, & medicum seseque ita in Domino iudicare, si tamen licet adhuc non nihil dubiter, ieiunium soluat, carnibusque vescatur, & diabolus ei suggestat esse peccatum, & proinde damnationem incurere, credat certissimè nullum sese peccatum committere, verum hoc ei purgatorij loco fore, animamque id puriorem nitidioremque reddere.

S. IIII.

Debet quispiam, sæpe dubia occurrunt, quæ Patris spirituali commodè apperire non possunt eo quod nobis non adsit, quid ergo tum faciendum est? Respondeo scrupulum tunc nos in nostrum commodum interpretari debere, & facere id quod scrupulus faciendum negat. Est hæc communis Doctorum sententia, quam hac ratione per similitudinem confirmo: Si quis animal habeat pauidum & metulosum, idque audax reddere velit, transire id viam cogit, quam reformidat, aut circa locum quem in horrore habet: ad eundem planè modum, vt quis à scrupulis liberetur, censent Doctores saluberrimum remediū esse ipsdē repugnare, scrupulum semper in proprium commodum conuertendo, & nunquam Conscientiæ aduersantem. Dubitat scrupulosus aliquis, num tale vel tale peccatum cōfessus sit, nec ne; num certa quadam hora preces recitauerit nec ne; num poenitentiam iniunctam impleverit, nec ne; in omnibus his iudicet quod in rem & cōmodum proprium sit, atq; hæc est ratio: scrupulorum enim est timorem & trepidationem ingerere, ubi non est timor, vt Propheta ait. Atque ita credat in prioribus exemplis passionem operari, quod operari semper conuenit, & timorem ingerere, ubi timore non est opus: si porrò hanc viā sequendo aliquando eum contingat certa aliqua hora preces omittit, persuadere sibi, non ideo se peccaturum: quia concilio hoc pro remedio aduersus scrupulos usus est. Vnica modò hic restat dubitatio, quam prius, quam vltius procedamus, explicemus necesse est: difficultas est cōformis ijs, quæ Doctores de peccato tradunt: si quis, vbi gratia, de aliqua re dubitat num peccatum mortale sit, an secus, & nondum certum quid statuens, id peccatum committit, peccat mortaliter. Hoc vno exemplo re Doctores explicant: si quis dubitaret, num hodie ei ieiunandum sit, atque is non accepto ab aliquo consilio nihilominus manè comedit, sine dubio mortaliter delinqueret propter periculum cui se exponit, & quoniam secum statuit magis appetui suo satisfacere, quam præcepto Ecclesiæ. Dico igitur hanc doctrinam esse verissimam: non tamen contrariam ijs quæ modò diximus; hæc namque intelligitur, quando quis dubitationem habet, quæ bonis rationibus nixa est, quam cum non aperiat, & facit nihilominus id quod contra eam faciendum non est, certum est eum peccare mortaliter. Verum cum scrupuloso dicimus, vt aduersus scrupulum eluctetur, & ne in dubio, si quod forte habet, perseueret, præsupponimus, eum iam à viro docto petijisse, quid sibi faciendum sit, atque eum iam eidem respondisse, hoc eum minimè impedire debere, quo minus vltius procedat: vel putamus, eum tantum per se præstare posse, vt sciat, quomodo in huiusmodi casu sese gerere debeat. Atq; hic quamvis ei aliquis scrupulus refert, dicimus tamen eum scrupulo posse re-

fragari & penitus contraria facere; modo rationes vt diximus, nullo fundamento nitantur, infirmæque sint & debiles.

S. V.

Quartæ scrupulorum effugandorum ratio est, ^{remediū frequentatio sacramentorum.} ipse frequens Sacramentorum usus: sæpius licet ad sacrum Eucharistiæ Sacramentum accedere, idque magna fide, charitate, feruore, animique munditie. Agam hic modò de ijs quæ huic, de quo agimus negotio conuenire videbuntur. Ipsa igitur frequentatio Sacramentorum, magnam vim & energiam in se continet ad diaboli tentationes expugnandas, quod Propheta Regius his verbis declarat dicens, *Parasti in conspectu meo misericordiam aduersus eos qui tribulant me.* Inimici qui hominem prosequantur plurimi sunt, & ij potentes, at tanta fuit Dei erga homines liberalitas, vt cum sciret, vires eorum cum inimicorum viribus collatas, nihil posse, & debiles esse, mensa eos Venerabilis Sacramenti Eucharistiæ cibare decreuerit, quo inimicos suos & expugnare & debellare possent. Si enim tantum potuit panis ille subcineritius, vt in eius virtute Elias quadraginta dies ambulauerit, donec ad montem Dei Oreb peruenisset, maiori id ratione Christianus virtute sanctissimi huius Sacramenti facere poterit. At nemo de virtute eius diffidat, dicens; Quomodo in pane inimicos meos expugnabo? cogitet potius quævis panis nuncupetur, propter ruinam & euersionem quam in inimicos exercet, gladius etiam nominetur. Dauid quidem Gladium illum, quo certicem Gigantis absciderat, fascijs inuolutum, velut anathema in Templo suspendit, in memoriam tantæ tamque præclaræ victoriæ: tam cum quodam tempore Saulem fugeret, eundem ab Achimelech sacerdote petijt dicens, similem ei nullum inueniri posse. Caro nostra prius erat instar gladii Satanae, per quam magnam stragem inter mortales edebat: *Omnis quippe caro corruperat viam suam.* hunc Iesus Christus in manibus sumit, & *Verbum caro factum est*, carnem sibi aduniens in eadem hypostasi, per quam mirabilia opera præstitit, atque inter cetera diabolium superauit. In cuius rei memoriam eam in venerabili Sacramento sub speciebus panis & vini nobis reliquit, vt si quando homo se satanicis incursionibus circumvallatum viderit, hoc sese gladio communiat, confidens victoriam sibi sine dubio affuturam, modò ea rectè & debito modo vt queat. Nemo verbò miretur si nos hoc augustissimū Sacramentum panem & gladium nuncupemus; legimus enim in sacris litteris panem subcineritium, qui in castris Madianitarum visus est, quique huius Sacramenti figura fuit, ab alijs gladium Gedeonis fuisse appellatum, quo ille copias Madiam superauit & deiecit. Dauid porrò nuncupat hoc Sacramentum *panem potentium*, prout D. Hieronymus legit, vbi vulgata editio habet, *Panem Angelorum manducauit homo*, & simul alio loco, *panem fortium*. Panis Angelorum & panis fortium Eucharistiæ Sacramentum nominatur, propter robur & fortitudinem, quam dignè sumentibus elargitur. Hinc cum Propheta Zacharias, *frumentum electorum*, vel vt alij interpretantur, *frumentum bellicosorum*, quod cū Hebraico verbo *Baburim* optime videtur conuenire nominauit: quæ omnia simul posita tantundem sunt ac si diceremus, *frumentum electorum & prædestinatorum, frumentum milicum & bellantium*. Bellum verò nobis cōtinuum est cum diabolo, mudo & carne: vt non immeritò Propheta Iob vitam hominis militia compararit, dicens, *Militia est vita hominis super terram.* Adcirco nobis Deus in Ecclesia sua sanctissimū hoc Eucharistiæ Sacramentum instituit, quo in militia tentationū tempore vti possemus.

S. VI.

In scrupulis
quid agendum
spirituali
Magistro ab-
sente.
Simile.

Psalm. 31.

Dubij resolu-
tio.

Psalm. 22.

Efficacia Eu-
charistiæ.

Reg. 19.

Reg. 17.

Reg. 21.

Gen. 6.

Ioan. 1.

Iudic. 7.

Psalm. 77.

Zach. 9.

Iob. 7.

§. VI.

ATque vt huic materiae finem imponamus, iterum dico, frequentem angustissimi huius Sacramenti vsum optimum remedium esse aduersus scrupulos: per hoc enim instar Leonum terribiles demonibus reddimur, vt bene D. Chrysostomus loquitur: qui, vt idem diuinitus dicit, sunt hostes qui nobis semper & vbique, per prauas suggestiones, inhonesta desideria, voluptates & honores huius mundi insidiantur? verum cum ad mensam sacratissimi huius Sacramenti accedimus, labores in solatia commutantur, atque ab eadem mensa cum insigni animositate & audacia recedimus, ad inimicos nostros qui nos impetunt deiciendos.

*Scrupulus
quomodo
medendum
si ex natura
li imbecilli
tate oriatur.*

Jacob. 5. 13.

Si vero per haec remedia nondum anima tranquillitati restituitur, Deo permittente vt scrupuli vterius procedant & augeantur, oportet eos qui his angustijs discruciantur animaduertere (vt singularem aliquam remedia attingamus) si scrupuli ex naturali aliqua imbecillitate proueniunt, propter nimias & rigidas vitae austeritates, remedium facile ijs adhiberi posse, corpori scilicet necessaria subministrando. Si ab atra bile oriuntur, remedium sit tum naturale, adhibendo ea quae periti medici maxime conuenire iudicauerint: tum vero supernaturale, vtendo scilicet auxilijs, quae iam iam recitauimus & ante omnia quidem oratione, qua vnica melancholia ab anima repellitur, vt D. Iacobus faciendum precipit, *Si quis tristatur, oret.*

*Regula pro
scrupulosis.*

At quoniam scrupuli vt plurimum, vt i equidem existimo, ex ignorantia promanant, dabo praeter ea, quae mox dicta sunt, certas quasdam regulas, quas multum profuturas confido. Puto quidem hos praene semper, in ijs qui spirituales sunt, & singulari erga virtutem studio tenentur, scrupulos occurrere, scilicet: dubito, num rite confessus sim peccata mea, necne, num debita ratione orem an secus, num tentationi succumbam vel non, aliosque huiusmodi plurimos. Et manifestum est, quod nisi in huiusmodi aliqua ignorantia subesset, a scrupulis eos penitus liberos futuros.

Quamobrem vtile fuerit regulas aliquas perspetas habere, è quibus facile agnosci queat, quando tentationes cogitationesque, quae contra Dei legem aliquando ingruunt, peccata dici possint & quando non.

§. VII.

*I.
Nullum pec
catum nisi
voluntarium.*

PRima igitur Regula haec sit. Nullum committi peccatum, nisi accedente voluntate, vnde id quod in nostra potestate situm non est, nullum peccatum dici posse, & proinde nihil nobis inde meriti aut demeriti accedere. Doctrina haec certissima est, & fidei quam profitemur, consentanea.

*II.
Tentationem
absque con
sensu pecca
tum non esse.*

Altera Regula ex prima statui potest. Tentationem, aut aliam quamcumque cogitationem, quae contra legem Dei nobis sese offert, etiam turpissimam & inhonestissimam, licet contra fidem, vel contra castitatem aut aliam quamcumque virtutem sit, nunquam peccatum esse posse, si voluntas non accedat: quae regula, vt & praecedens, est verissima, nullum enim committitur peccatum, nisi voluntas firmissime assentiat. Tentationes porro in nostra potestate sitae non sunt: accedunt enim licet non quarantur, atque vltro sese etiam ingerunt. Atque hinc locus ille Apostoli Pauli intelligi potest, *Tentatio vos non apprehendat nisi humana.* quasi diceret: tentationes tum humanas dici posse, cum in nostra potestate est eas dare vel auferre, sin minus, non esse quod solliciti simus, at tum demum tentatio incipit esse diabolica, si voluntas in eam consentiat: atque hoc est quod Paulus nos admonitos voluit, vt scilicet o-

1. Cor. 10. 13.

peram daremus, vt tentationes nostrae hominis tantum essent, diabolicae non fierent.

Tertia Regula sit, duobus modis voluntatem tentationi posse consentire: primo consentiendo voluntarie prauae suggestioni, deliberata scilicet voluntate immorando, etiam si res ad actum non procedat: secundo plane consentiendo in id ad quod tentamur, firmiter proponendo prauam cogitationem in actum producendo. Quod autem de his tentationibus dico, de omnibus in genere intelligendum est.

Quarta regula est, cum neutro horum modo in tentationes consensus datus est nullum peccatum admissum esse: verum vbi vltimus consensus accesserit, & res Dei legi repugnet, mortale peccatum est, si vero praeter legem Dei sit veniale est. Tamen cum non nisi primus consensus accesserit, id est cum deliberata voluntate tentationi immoramur, secundum aliquos peccatum mortale est, modò tentatione circa castitatem versetur. Hinc discere potest anima, quando peccatum in tentationibus sit, & quando non, ne supernacue discrucietur, exultans sese cum tentatio ingruerit, quamprimum in peccatum prolapsam, cum sit certissimum, quempiam etiam graui tentatione pulsari posse, & tamen nulla ratione peccare: verum vbi animosè tentationibus resistit magni sibi meriti materia parare, vt de facto ipsi Sancti praestiterunt, qui fecerunt in tentationibus, quas pertulerunt prouentum.

§. VIII.

Tentationum porro superandarum ratio singularem aliquem librum postulari, nobis vero hic solum propositum est, vt prius monui, remedia aliqua aduersus scrupulos suggerere. Vt etiam inter ea non omittam dicere, tentationibus circa fidem & praedestinationem nulla ratione immorandum esse, nec cum diabolo diutius litigando decertandum, verum nos oculis clausis credere debere quidquid sancta credit Ecclesia, non indagando scilicet nec profundius scrutando sublimia eius mysteria, omnesque argumentationes de praedestinatione relinquendo, certissime tenentes, si bonis operibus incumbamus, aeternam nos nobis gloriam parare, si vero peccatis operibusque prauis, & impenitentes ex hac vita decedimus, aeternam damnationem. Ex hisce regulis, vt dixi, colligere quis potest, quando peccat tentatus, quando vero non, ne in eo in quo peccatum non est, nec peccati vestigium, quis se peccasse, existimet, atque ita erronea sua conscientia peccatum committat. Et quoniam scrupulosi vehementibus in tentationibus, scrupulis anguntur, sibi que numquam certi & securi videntur, & saepius iterumque Confessarium idem omnino confessori accedunt, ita vt quamuis communicent, nunquam tamen in conscientia quietem habeant, ideo has regulas subsequentes adiunximus, vt ad eas sese examinent.

Quinta regula est, examen conscientiae idque in silentio & vbi ad Sacramenta accedendum est, fieri debere: est enim certissimum, ei qui prudenter viuuit, saepiusque delicta sua confitetur, tam longum examen conscientiae non esse necessarium quantum illi fortasse, qui inconsiderate viuunt, & nihil de vita sua sollicitus, qui que rarissime peccata confitetur. Qui oetiduis singulis ad confessionem accedit, aut bis in hebdomada aut amplius, horum quadrantem aut circiter necesse habet quotidie, ad conscientiam suam excutiendam: & iuxta hocce peccatorum suorum examen, se quoque examinabit, idem ipsum non saepius repetendo. Si huic diabolus persuadere conetur, non legitime scilicet eum peccata aperuisse, aut accusasse, ac proinde iterum ad confessionem

*III.
Consensus
duplex.*

*IV.
Neutro huius
consensuum
interueniente
peccatum.*

*Tentationibus
circum
fidem & praedestinationem
non morandum.*

*V.
Examinanda
conscientia
quantum
tempore
quiritur.*

honem accedendum esse, nulla ratione credendum est, aut confesso iteranda, nisi euidentissimè sese ali- quod delictum omisisse sciat.

VI. Peccata venialia non necesse confiteri.
Sexta itaque regula statuitur, nulla nos ratione ad venialium confessionem teneri: ac proinde, si quis confitendo nonnulla venialia omisisset, nullam inde noxam contraxisse, etiam si ex proposito ea confiteri neglexisset, eo quod non sint materia Sacramenti necessaria, ut Theologi aiunt, at materia voluntaria.

§. IX.

Peccata venialia quando deconfitenda.
ATque ut id magis magisque appareat, sciendum est, neminem, commissis peccatis venialibus, ob eadem sese teneri accusare: at eidem sufficere, à Deo veniam postulare, aut alijs remedijs ad ea delenda idoneis vri; licet confutissimum sit eadem confiteri, tamen non quod id penitus sit necessarium, sed potius ad scrupulos euitandos. Notandum quoque est, si quis ad confessionem accedat nullo mortali peccato grauatus, eundem nihilominus venialia peccata confiteri debere, ne sacrilegium in confessione, nulla habita confitendi materia committat: Licet concedam aliqua eum confiteri posse, & aliqua omittere. Atque hoc quidem est certissimum. Et quamuis hinc aliquis sumere occasionem posset, venialia aliquot peccata in confessione omitendi, nulla id tamen ratione consultum foret, modò eorum meminisset, cum certius sit, & longe perfectius eadem cum alijs sacerdoti aperire: porro hoc vnum studemus, ut scrupulos viam facilem reddamus, omnemque rationem auferamus, qua quietem animi possint amittere: tentat enim eos diabolus num debito modo confessi fuerint, necne; num aliquid dicere neglexerint: sanè, si certò ijs constet, nullius se per Dei gratiam mortalis peccati reos esse, non est quod sese turbent, aut confessionem iterarò repetant. Quamobrem cum similia animæ sese ingerunt, tentationum diabolici loco habenda sunt, eaque negligenda, at potius ad communionem sine vlla animi anxietate accedendum: tunc enim potissimum eadem excutere, cum sacra mensè appropinquamus, magnum deuotioni impedimentum obijcit, & animi tranquillitatem turbat.

Confidendi de misericordia Dei.
1. Tim. 2. 4.
His vtatur anima in omni tentationum scrupulorumque genere, singulatim enim de vnoquoque agendo, nunquam ad finem perueniremus: Atque hæc generalia remedia sufficiant ad pacem tranquillitatemque animæ conciliandam. Confidat deinde in bonitate & misericordia diuina, firmiterque se cum proponat, quod qui de omnium salute sollicitus est, ut Deus reuera est, qui, ut Paulus ait, *vult omnes homines saluos fieri*: quique eam tantis laboribus doloribusque in ligno crucis parauit, quod is ipse auxilium quoque & gratiam suppeditabit, & numquam permissurus sit, ut vel vnica ei seruire cupiens anima, perditionem damnationemque incurrat; at ab omni eam scrupulo, iuxta quæ Regius Propheta cecinit, liberatus sit: *Exspectabam eum, qui saluum me fecit à pusillanimitate spiritus, & tempestate*: hoc est à timore sine causa, & scrupulosa anxietate.

Psal. 5. 9.
Diffidat igitur anima sibi ipsi, humilior sese, agnoscatque, quam parum sine Deo possit: spem omnem fiduciamque in Deo figat, ad eum per orationem confugiat, sequatur consilium directionemque Patris alicuius spiritus qui doctus sit, prudens, & Deum tenens; vtaturque remedijs, quæ hic proposuimus. Atque hac ratione fore spero, ut breui tranquillitatem sit cōsecutura & Dominus Deus noster ab omni scrupulorum anxietate eam vindicaturus.

§. X.

VT porro finem huic libello faciám, vtilia & salutaria quadam consilia suggeram, quæ docti iuxta ac sancti viri, ingenio suo digna, in medium afferunt: atque ut tanto maioris ea sint ponderis, ipsa eorum verba hic aduocabo. Incipiamus à Ioanne Rusbrocio, cuius hæc sunt verba: *Confitebor tibi*, ut quantum poteris prolixas & verbosas confessiones euites, ne animæ tuæ tranquillitatem perturbent, teque erroribus scrupulisque inuoluāt. Si enim confessionem multis superfluis verborum ambagibus sarcias, narrando scilicet peccata venialia, similesque leuiiores aliquot nequos, non confido pie Deo, tantum abest ut hac peccatorum enumeratione animam quietam tranquillamque reddas, ut eam potius tenebris obscuraturus sis, nihil à Deo illuminatus; nullumque discrimen facere possis inter grande aliquod peccatum & leuem errorem: cumque aliquid omiseris, quod alias confiteri consueueris, licet nulla ratione de essentia sit confessionis, mille proculdubio imaginationibus, anxietatibus, inquietudinibusque turbaberis, ac hinc ad confessionem non contulisses: & fortassis, quoniam conscientia tua, quæ fide, spe & caritate ornata esse debebat, timore, anxietate, amoreque proprio perturbata est, à quibus omnibus omni te cura custodire debes. Atque alibi in hunc modum. Peccata, quæ venialia & communia nominamus, quæque nullus hominum euitare potest, paucis tibi verbis explicanda sunt, nullaque ijs ratione immorandum, verum omnia in genere confessori aperienda sunt, firmiter proponendo quotidie magis magisque in via salutis pergere, & peccata tam venialia quam mortalia euitare. In hunc modum loquitur quoque doctus & pius vir Ioannes Taulerus: Rationi consentaneum est quàm maximè fratres, ut vos ego admoneam, ne peccatis venialibus quotidianisque (quibus in hac vita nulla ratione carere possumus) animum vestrum affligatis, si fortasse non omnia ea in confessione aperuistis. Constituteamini illa cum humilitate, vosque ipsos peccatores diuina coram maiestate, contritione & penitentia comitantibus, agnosceite: quod cum ita feceritis, non tantum confessarii vobis auscultandis impendent temporis. Sufficit similia peccata in genere declarari: præsertim cum iuxta Ecclesiæ præceptum ad mortalia tantum & ea de quibus dubitamus num mortalia sint, declaranda obligemur. Multis enim diuersisque rationibus veniales maculæ eluuntur, & contritione, recitatione orationis Dominicæ, genuflectendo, aqua; benedicta sese aspergendo, & alijs plurimis. Si cui dolor aut contritio de peccatis desit, doleat, hoc namque dici quoque potest dolor: ita quoque, si quis animam tepidam sentiat, aut non adeò amore erga Deum incensam, suspiret & ardore in se desideret. Atque emaciatius adhuc de remedijs aduersus scrupulos agens idem Ioannes Taulerus ita loquitur: Cum peccata mortalia ritè sacerdoti declarata sunt, penitentia; ab eodem iniuncta adimplera, cetera Deo humiliter committenda sunt, remorsusque conscientie & scrupuli, qui interea subnascentur donec gratia sua hominem liberauerit, & interius irradiauerit, patienter & æquanimiter tolerandi sunt, humiliterque sese homo diuine voluntati resignare debet. Atque ut scrupulosi maiori pace & tranquillitate potiuntur, hæc subnectit. Potestati auctoritatique Sacerdotum confessiones excipientium tanta fides adhibenda est, quanta ipsis Dei verbis dicentis: *Quoniam remisistis peccata, remissa sunt, & quorum solueritis peccata in terris soluta quoque sunt in celo*. Dico vobis fratres, si quis debito modo omnia peccata sua confessus fuerit, &

De peccatis venialibus in confessione non oportere nimium anxios esse.

Ioan. Taulerus.

Peccata venialia quomodo delectantur.

Ioan. 20. 23.

ait, &

rit, & tamen aliquem inde conscientia remorsum habet, multò faciet satius, si Deo confideat, fidemque virtuti confessionis adiungens, illa denique non confiteatur, quam si ea iteratò repeteret. Per magni enim interest, verbis promissionibusque Saluatoris credere: quando autem homo id præstiterit, verè Deo credit, sine dubio & firmiter sperans ea sibi ab eo collatum iri, quæ in confessione ei promissa sunt.

§. XI.

Tentationibus scrupulisque quomodo obviandum ex consilio Thauleri.

Idem porro vir, ut si qui tentationibus vexantur, non nihiùm discreduntur, verum aliquam consolationem accipiant, ita loquitur: Diabolus sapissimè homini iusto plurimas illicitas & inhonestas cogitationes ingerit, quas ubi illi, qui in ipsidem parum experti sunt, persentiunt, dicunt intra semetipsos: Hæc & illa animæ meæ obuenerunt. Heu me miserum quid non inter Deum & animam meam transire debet? Rogo itaque te, quisquis es ut bono sis animo: si te prauæ aliquæ cogitationes inuadant, allabora ut eas dispellas, & da operam ut abs te procul eijcias; nulla enim ratione salutis tue offecere queunt; atque ut non magis te ipse perturbes & discredas, ad Deum confugas. Noli ijs immorari & ne diutius cum ipsidem ratiocinare, verum allabora ut abs te repellas, & quam poteris longissimè eas ab anima tua remoueas. Satagit quoque interdum diabolus iustum in abyssum desperationis præcipitare hæc ei suggerens: Quidquid demum facis aut facies, nihil tibi profuerint; omnia opera tua displicent Deo, & iamnum æternis ignibus addictus es. Quid hic faciet, cui huiusmodi cogitationem diabolus proponit? iacet cogitatum suum in Dominum, omnem sollicitudinem suam in Deo ponat, ut D. Petrus consulit, & spem denique suam penitus in infinita eius misericordia collocet. Quemadmodum enim ijs qui maria nauigant, cum naufragium sibi instans perhorrescunt, remis & rudentibus relictis, ad anchoram confugiunt, quam in mare deuoluentes periculum mortis effugiunt: ita quoque cum hic à demonibus per graues & inauditas tentationes diuexantur, omnibus relictis ad anchoram spei confugiat, eamque in abyssu maiestatis diuinæ defigat, hoc est, plenam firmamque de Deo spem concipiat. Hactenus verba Thauleri: Adducam etiam verba Henrici Susonis hominis tum illuminatissimi, tum etiam perfectissimi: Multi sæpenumerò inordinato aliquo metu perculsi, dicunt intra se: Non mereor vitam, heu me miserum, ad quid natus sum? O utinam mihi mori contingeret? atque alia huiusmodi, quibus Deum multò grauius solent offendere quàm peccatis suis. Quare si quis veram contritionem habere desiderat, magnam in se humilitatem querat, & insignem peccati sui displicentiam, firmamque spem in Deum, nam hac ratione nos æterna docet

Hen. Susoni de vita.

Sapientia: fili, in malo tuo, noli sperare remedium, sed verum, confide in Deo, & ipse te sanabit. Ille sane verè diceretur insanire, qui ubi se vno oculo delitum videret, alterum tibi quoque erueret conaretur.

Plura qui scire desiderat, legat libellum doctissimi Abbatis Ludouici Bloisii, quem *Consolationem pro illanimum* inscripsit. In quo varia Sanctorum doctorumque virorum documenta, scrupulis admodum vtilia reperiet. Ex ijs quæ diximus, & ex ijs quæ Abbas Bloisius commemorat, facile colligi potest, quàm procul à perfectionis semita remoti sint, qui tristitia & melancholia reguntur, quique confessarios scrupulis suis perturbant, præsertim cum iam tot remedia aduersus hocce morbi genus produxerimus. Quod si verò, postquam iam se totos in Dei manus resignarunt, spiritualemque Magistrum consuluerunt, eiusque cõsiliū secuti sunt, nondum sibi penitus a morbo liberati videantur, non est quod se amplius discredant: sunt enim secreta celestia, & occultum Dei iudicium, quod in commo-
modum animarum eorum cedit, ut egregie scripsit Ioannes Thaulerus, cuius verba hic annexere cupio, Ioh. Thau-
& in ipsidem desinere.

Accidit sæpenumerò, eos qui penitus in pristina iam restituti sunt sanitatem, aliquando adhuc ita sese habere, ac si ægri forent, & quoniam id ignorant, putant se semper imbecilles & infirmos esse: quod benignissimus & dulcissimus Dominus ad maiorem salutem vtilitatemque eorum fieri permittit: scit enim ipse quis ipsorum sit morbus, & quod ipsi, si penitus perspectum haberent, se in pristinum libertatis statum restituendos, vana aliqua complacentia sibi ipsis applauderent. Atque ideo propter vehementem, quo eos persequitur amorem, permittit eos toto vitæ tempore in huiusmodi ignorantia, timore, anxietate, humilitateque versari, donec ad eum perfectionis gradum perueniant, ut totus mundus non valeat eos in peccatum trahere, & mille potius mortis genera perpeti exoptent, quàm diuinam maiestatem etiam leuissimè offendere. Verum, dicit aliquis, quàm remunerationem mercedemque illi propter humilem illam sui ipsorum resignationem, interea dum ignorantia illa perseuerat, obtinebunt? nullam aliam procul dubio, nisi quòd quando optata illa dies venerit, quando scilicet eos doloribus huius corporis, miserisque terrenis solutos, Dominus eleuabit, secumque in celestia tabernacula deducet, in ultimo vitæ huius momento, propter ignorantiam hanc, diuturnasque hæc tenebras, ipse eos illuminaturus sit, omnique eos deliciarum affluentia cumulaturus: & quod ante mortem eos gustare faciet, quo in æternum semper fruuntur: atque ita magna confidentia ex hac vita decedunt.

F I N I S.



IOAN-

IOANNIS AVILLAE VITA.

EX HISPANIAE BIBLIOTHECA AND.

Schotti Antuerpiani Societatis IESV.



IOANNES AVILLA Theologus & seculi sui Ecclesiastes summus, si
utilitatem spectes in disseminando Dei verbo, ne inter spinas cadens suffo-
cetur. Natus hic Almodouari vico ignobili, dioeceseos Toletanae. Philoso-
phiae operam dedit Compluti Dominico Soto, summo ea tempestate ex
Dominicana familia & Philosopho ac Theologo Nondū absoluto Philo-
sophiae curriculo, parentem utrumque amisit: quibus, cum primum sacris
initiatu est, parentavit, iustaque persolvit, sacrorum offerens primitias: ut
quibus vitam secundum Deum deberet, his, si posset, pius Sacerdos, redde-
ret. Artium curriculo aequales omnes facile superarat, cum acumine ingenij, tum morum ho-
nestate praeceptorum Soto vnicē carus. Viderat enim praestantis vir ingenij magni alicuius in Ec-
clesia viri specimen in eo elucere, igniculosque emicare, & ex indolis bonitate spem ipsam, et si
res nondum appareret, laudari amarique debere. Commilitonem habuit Petrum Guerreram,
qui post Archiepiscopus Illiberitanus, in dignitate illa constitutus, eius amicitiam non fastidi-
uit. Viri huius summa pietas, innocentia, & integritas, quae nimium quantum ad dicendum &
persuadendum vim adferant, enituit. Qui etiam odor in scriptis remansit. Ut enim innume-
rabiles Verbi diuini praeceptorum, Deo plenus, vel à peccatis retrahebat ad mentis sanitatem, vel nutan-
tes firmabat, tristes consolabatur, cadentes erigebat, nimium sibi, fidentes terrebat metu mor-
tis, extremique iudicii, quibus omnes impellebat, & tanquam reti pleno nauiculam Petri imple-
bat: ita & scriptis cum omni posteritate loqui voluit: edito sua lingua Commentario doctissi-
mo iuxta & pientissimo in Psalmi 44. versum illum; *Audi filia, & vide & inclina aurem tuam, &
obliuiscere populum tuum, & domum Patris tui.* In quo multa vtilia pio lectori de tribus vitae huma-
nae hostibus acerrimis, *mondo, carne, & demone*, & quibus armis obisti his queat, qua panoplia
armari debeat: de fide Catholica: de sui cognitione, & spirituum discretionē: de precatione &
meditatione: de Dei amore, & proximi, & sui odio. Peccatum inducere summam animae deformi-
tatem, à qua nos Christus, exceptis corpore plagis, vulneribus, cruciatibusque lauit. Adhuc
Epistole plurimae pietatis plenae, non de rebus humilibus, aut familiaribus, sed consilia, conso-
lationes saluberrime, ut in aduersis non deprimamur, nec secundis extollamur: in quibus Epi-
stolis cum alia innumerabilia quae lectorem, si utilitatem spectat, alliciunt & retinent, lecta-
que iterum inuitent (expertus loquor) tum verò maxime optimi verbi Dei praeconis, & Evangelicae
praedicationis exemplum viuis coloribus ita depingit, nullum ut in eo genere fingi possit perfe-
ctius. Ut enim viuus munus hoc explebat optime, sic & fides ea chartis credidit, quae longore-
rum usu, Dei quoque spiritu plenus didicerat animae flagitijs inquinata iuuanda esse vtilia. Sed quid
mirum? Cum & optimum concionatorem D. Paulum gentium Apostolum, vasque electionis
ad imitandum sibi proposuisset: quem ut nunquam de manibus deponendum esse familiariter
suaderet, ita ipse edidicerat. Spirant enim litterae ille D. Pauli zelum animabus Deo lucrificien-
dis. Verum singulas eius virtutes, sanctimoniamque non mihi propositum hoc loco referre, *candum pro-*
praesertim cum Ludouicus Granatensis vir religione doctrinaque insignis cumulatè id praestite-
rit: qui eo, dum vixit, usus est familiari. Ut Xenophon in Cyri paedria perfectum principis exem-
plum: ita hic optimi Ecclesiastae verbi Dei proposuit: diuersa tamen ratione, quod ille de suo,
multa adiecerit, ut qualem esse principem oporteret, eius ideam repraesentaret, hic tantum
abest ut de suo adiecerit, ut cum multa disertè & ipse dixerit, omiserit non pauca, quae litte-
ris comprehendi non possint. Magna in dicendo scribendoque *evangelica*, vis atque efficacia: ut,
quae velit, persuadeat, sensus rapiat, extraque se ponat, nec doceat solum, sed & delectet, flectat
denique ad omnem impetum. Summa sermonis venustas, quia verborum affectatio abest,
& perspicuitas maxime elucet: quae prima orationis laus est Oratoribus. Christiana verò
eloquentia est ab animo profecta non in labijs natans, ad ostentationemque, vel inanem
gloriam captandam plaususque, imperiti vulgi comparata, sed communem utilitatem
salutemque animae vnicè spectans. In vita autem comitas illi modestiaque: de se sentie-
bat abicte; quae virtus ethnicis ne fando quidem audita, nedum cognita. In sermone
risus dissolutus aberat, & dicteria. Scommata ne audita quidem. In vultu maturitas, cum
grauitate hilaritas iuncta, quae conscientiae bonae argumenta erant. Assidue hoc praedicandi offi-
cio fungens, nulla spe quassus, aut gloriae, & in summa, quam tenuit, inopia & indigentia
Granat. Opus. spirit.

*Avilla patria
& studia.*

Scripta.

*Avilla con-
cionator op-
timus, Pau-
lum Aposto-
lum sibi imi-
tandum pro-*

ZZZ

rerum

*Officium
annis morbis
affligatur;*

*Carcere &
vincula per-
fert.*

*Diversis in
locis concio-
natur.*

*Fructum con-
cionum eius.*

Marc. 10.

*Extrema
Avilla.*

Hier. 18, 20

*Ecc. 27.
Prou. 28, 14.*

*Anno 1569.
mortuus
Avilla.*

rerum omnium, Baticam omnem Dei Verbo tanquam tuba perfonuit, ut *Baticus concionator* appellaretur, hocque nomine notior esset Hispanis. Sacerdotes aliquot pietati dediti huic se adiunxerant: hos ille Theologiam vitæque sanctitatem docuit, & cum summa paupertate Christum sequi. Multa opera pia in Xenodochijs assidue viuis præstitit. Iam quinquagesimum ætatis annum tor laboribus indefessus ærumnisque exceperat, ecce senectutis comes morbus dolorque immensus, quibus ad duodeviginti annos mirè excruciat, patientiæ omnibus singulare exemplum dedit. Stomachi imbecillitate ex studijs concionibusque contracta, partim hepatis, partim articulari ac nephritide, alijsque doloribus acutis in brachiorum cruriumque commisionibus cruciatur. Tandem accessit his omnibus durior febris, quæ eò illi molestior erat, ut aiebat, quod nullum tempus amicorum officijs, consilijsque relinqueret; ut reliqui morbi, quibuscumque paciscebatur ad horas aliquot, ut cum decessissent, amicis, pauperibusque & socijs operam dare posset. Vincula pertulit & carceres, calumnijs æmulum circumuentus, sed innocens suffragijs Cenforum fidei declaratus, Hispali ad dicendum concendit. Utque pro calumniatoribus Deum orarent, hanc ut illis noxam maximam remitteret precabatur, quæ ad tam rarum spectaculum confluerat, auditorum coronam. Rectè enim Seneca: *Si nullos sibi inimicos facit invidia multos facit invidia*. Concionatus est Hispali & circū circa annis nouem, iussus ab Archiepiscopo Alphonso Manrique ibi hære, cum in Indiam cogitaret, animo colligendi magnam messem, ubi pauci essent operarij; flauæ tamen ad messem segetes existerent. Concionari cepit ab anno ætatis 28. Cordubæ, ubi præstantium est ingeniorum copia, ibique Theologia scholas habuit. Hinc Granatæ annos aliquot, gratus Gaspari Aualo, Archiepiscopo, homini sanctissimo. Mox Astigi & Variæ (quæ vulgo Baefa) ubi sacerdotum collegium, ut & alibi, instituit. Inde excitata est Academia ingenijs florens; & Montillæ. Concionando nobilissimas matronas ita ad pietatem mouit, ut virginitatē Deo sponte consecrarent. Antonio Cordubæ Marchionis Pliegi filio auctor fuit ut Societatis Iesv institutum sequeretur: in qua dum vixit, cupide de precando Deo verba faciebat. Suasit & Iacobo Guzmano Baileni Comitissæ filio, ut eandem vitæ viam infisteret: qui post in Italia Socijs aggregatus primis fidei rudimentis pueros libentissimè imbuebat, ratus nobilissimum id, quod res est, munus esse sacerdotis, inuitante Christo: *Sinite, inquit, paruulos venire ad me. Istorum est enim regnum celorum*. Reliquos duos de innumerebilibus insignes eius discipulos Ioannem Ramirez, & Ludouicum Granatensem alibi commemorabo. Annos iam septendecim cum morbo conflatus *Avilla*, summa tolerantia in doloribus grauissimis, cum meta instaret, periculose ad medicorum desperationem laborans (qui iam horam esse nunciabant, cum verum dicere amicos, si veri & esse & haberi velint, oporteret) Deum ritè precatus, tendens in cælum manus atque oculos, Virginem Deiparam, vatis Hieremiæ verbis propemodum vsus, sic appellauit: *Recordare, Virgo Mater, dum steteris in conspectu Dei, ut loquaris pro nobis bona*. Suscepit itaque magno desiderio Eucharistiæ, extremæque Vnctionis Sacramentis, rogatus à Marchione Domina, quid fieri sua vellet causa: Misit, ait officium frequenter offerri: & ubi corpus condi vellet? in Collegio Patrum Societatis Iesv, respondit. A cuius Rectore, qui tum fortè aderat, cum diceretur: Multasiam, Pater, consolationes diuinas moribundus experiris. Quinimò timores, inquit, pro peccatis. Idque mirum videri non debet, si Hilarion apud Hieronymum, si Arsenius, & Agathon, viri sanctissimi, & in eremo asperimæ vitæ cultores in mortis agone trepidarunt. Timuit & Iob, monetque Siracidos: *serua timorem Dei, & in vetera se in eo*. Salomon quoque: *Beatus homo qui semper est pauidus*. Assidue itaque in ore habens, IESV MARIA, Crucis signum exosculatus, paulò antequam expiraret, Deum perpetuò inuocans, spiritum reddidit, anno M.D.LXIX. decimo die Maij, qui dies in Fastis sacris lobo festus est: quem singulari est, dum vixit, patientia imitatus: qui & Epiphaniæ festo vitalem primum auram hauserat. Ut quemadmodum stella Magos ad Domini præsepe duxerat; sic & ille Verbi Dei lumine in Ecclesiam peccatores reduceret.

Elatus omnium ordinum & Religionum pijs lacrymis, qui socium, & vineæ Domini cultorem inuiserant, sepultusque Montillæ in Batica, in Societatis Iesv ædes sacra, cum annum attigisset ferè septuagesimum.

(::)



PIO LECTORI S.

AE PENVMERO pij aliquot P. Auille per familiares, eiusque doctrina facti meliores mecum egerunt, ut vitam ipsius literis consignarem, quod eo diu multumque usus essem. Quamuis autem iusta peterent, & re familiarium fore non ignorarem, ne eis tamen bumeris infirmis maius onus visum est. Eius enim virtutum vim mecum considerans, in eam tandem veni sententiam vitam ipsius à nemine pro dignitate conscribi posse, nisi qui eadem praeclara virtute existeret. Tot enim tantaeque sunt ab eo pie ac praeclare gestae, ut dicam ingenuè consequi esset nequeam: ut quae assequi re ipsa & imitari Virtutes eius nequeo, sic nec ut bis satis dignè exprimere possim: praesertim cum à vulgaribus Virtutibus auertere cogar lumina, quae virtutes vulgo spectantur, altiusque esset ascendendum ad inusitatas novorum hominum virtutes, in quibus, cum sint carne mortui, Dei spiritus magis regnat: qui spiritus, ut sui facit nos similes, sic & ab alijs hoc spiritu carentibus longè reddit dissimiles. Ut autem dicam quod sentio, Vitae Sanctorum Deo famulantium dum lego, quos hoc seculo mundo submisit, etsi concedam in illis Virtutes adeò excellere, dum exemplo in Ecclesia ad imitandum proponuntur, visum est faciendum, ut pro virili parte eas ad imitandum proponam. Summam enim in eo humilitatem perspexi, charitatem quoque ardentissimam, & inexplebilem sitim animas Christo lucrificandi, assiduum quoque studium laboremque acquirendi cum his virtutibus etiam alias quas hic commemorabo.

Quod verò, ut dixi, meas superet vires hoc argumentum equidem excusare me à scribenda historia conabar: sed vixit tandem iuvandi alios beneque de socijs ipsius merendi cupiditas, ijs verò maxime qui Concionatoris munus in Ecclesia sustinent, speculi ut loco obijciam, quae ad praedicatoris boni Evangelicij munus pertinent.

Quoniam autem veritas Historiae maxime est necessaria fontes indicabo, unde haec quae conscripsi habui. In primis scedas accepi ab ipsius socijs sacerdotibus, ac familiaribus discipulis dum superstites essent. In his est Ioannes Dias, & Ioannes Villar atque quorum hic sedecim annos continenter illius lateri habuisset. In his est Ioannes Dias, & Ioannes Villar atque quorum hic sedecim annos continenter illius lateri habuisset. Adhibebo etiam quae ipse novit, qui patre Auilla, ut iam dixi, familiariter sum usus, ijsdem adibus degendo, & mensa communi utendo: qua ratione multa licuit observare ac perspicere. Scripta quoque illius interdum consulti ab illis sacerdotibus evulgata, potissimum verò sacras eius Epistolas in quibus ut varia materies & argumentum occurrunt, sic & ingenij lumen, experimentumque negotiorum omnium hic facile elucet. Cum verò Epistola illae sacrae non omnibus ad manum sint, quasdam proposito exigente apponere placuit. Neque tam modo pertexere Historiam volui, sed doceo identidem non aliunde uicer sita, sed quae ad rem, quae de agitur, pertinere videantur. Non enim est omnium quae legunt ponderare fructumque doctrina decerpere ad animi instructionem: cui rei narrando Historicus occurrat oportet, ut debitor omnium sic cum sapientium tum insipientium. Vale.

Auctor unde

historiam

hauisset.

Rom. 1.14.

